



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 35. Honflorium a Dunensi Comite captum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. reddita fuit, quin eorum ullus ad retra-  
 A.C. 1450. ctanda a se gesta compulsus fuisset. A-  
 liunde Nicolaus V. a Basileensibus acta  
 confirmavit, sibi que ratam fuisse Arela-  
 tensis Cardinalis agendi rationem com-  
 probasse videtur, eo quod illius meritum,  
 atque virtutes tanto præmio honorare  
 non dubitaverit.

## §. XXXV.

*Honflorium a Dunensi Comite  
 captum.*

*Vid. sup.  
 §. XXII.*

**A**refluctu, ut vidimus, prima Januarii  
 hujus anni deditio in Gallorum po-  
 testatem

tem Synodi supra Papam conferre existimabat.  
 Refert in §. CXL. Eugenium solum pro vero  
 Pontifice fuisse agnitum, in §. CLXXI. Feli-  
 cem Antipapam, & Basileenses lib. CX. §. III.  
 beneficii loco habuisse, non ut ab eis gesta rata  
 haberentur, sed ut poenæ utrinque latae abole-  
 rentur, & ipsi pristinis suis dignitatibus resti-  
 tuerentur. Quis sane risum continere potuis-  
 set, si Basileenses ad exiguum numerum redacti,  
 ab omnibus derelicti, ac contempti, necnon sola  
 Nicolai Papæ clementia tuti professi fuissent, se  
 Papam, quem dudum totus Orbis ceu verum ac  
 legitimum venerabatur, non agnituros, nisi ipsi  
 eum de novo eligerent. Quæ autem Nicolaus  
 rata habuerit, jam alibi dictum, & constat ex  
 §. IV.

testatem redacto, Rex Franciæ illius Præfecturam Comiti Dunensi commisit, dato simul negotio, ut quantocius Honflorium obsidione cingeret. Urbs hæc, quantumvis ex Rothomagensis pacis conditionibus Regis imperio tradi debuisset, hucusque tamen jugum excussit; illius enim Præfectus, Cursonus nomine cum quadringentis Anglis pertinaciter Gallorum violentiæ obsistebat, urbemque strenue tueri decernebat. Quapropter Comes die decima Januarii Honflorium tormentis bellicis quater aggrediebatur, & quamvis Raynaldus Guilielmus Burgundus Montis-Argii Prætor pluresque alii globis ex urbe emissis cecidissent, nihilominus die decima octava Februarii Angli ad deditionem compulsi sunt, omni spe obtinendi auxilii frustrati; cum Somersetus Dux nec ad pugnandum vires, nec ad Cadomum urbem, ubi se receperat, relinquendam animum haberet, veritus, ne Galli hunc quoque refugii locum ei eriperent.

## §. XXXVI.

*Mors Agnetis Sorillæ \* de Castro \* Soreau.  
Pulchritudinis.*

Rex obsidionis tempore in Gemmeti-  
censi Abbatia Ordinis S. Benedicti,  
quæ quinque infra Rothomagum urbem  
S 2 leucas

Sæcul. XV.  
A.C. 1450.

Joan.  
Chart. Hist.  
Car. VII.

Jo. Chart.  
Hist. Car.  
VII.